



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661**

7 Ecclesiae rebus sunt hæretici spoliandi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

de quo contendebar, vel querat verum, quod nesciebat, & volens jam teneat, quod volebat. Item infra. ¶ Mes primitus sententia erat, neminem ad unitatem Christi esse cogendum; verbo esse agendum, disputacione pugnandum, ratione vincendum, ne fideles catholicos haberemus, quos apertos hereticos non veremus. Sed hac opinio mea non contradicentiam verbis, sed demonstrationum superabat exemplis. Nam primo mihi opponebatur civitas mea, que cum tota esset in partem Donati, ad unitatem catholicam timore legum imperialis conversata est: quam nunc videmus ita hujus vestrae animositatis perniciem detestari, ut in ea nunquam fuisse credatur. Ita alia multa, que nihil nominatim commemorabatur, ut ipsis rebus agnoscerem, etiam in hac causa recte intelligi posse, quod scriptum est: a [Da sapienti occasionem, & sapientior erit.]

C. IV. ¶ Onere personam vestram ad Dominum converti cogatur.

Item Gregorius Invenio Episcopo Carthaginiensi, lib. 3. epist. 26.

Iam vero, si rusticus tantum per fidem & obstinationis fuerit inventus, ut ad Deum minime venire consentiat, tanto pensiois onere gravandus est, ut ipsa exactionis sua pena compellatur ad rectitudinem restituendam.

Ex his omnibus intelligitur, quod mali sunt cogendi ad bonum. Sed obicitur, quod nemo est cogendus ad id, ad quod inutiliter cogitur. Ad bonum autem quisque invitatur cogitur, cum Deus auctoritatem coacta servituti. Vide Apostolus b, cum ad eleemosynas Corinthiis hortaretur, ait: [Unusquisque, prout destinavit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate. Filarem enim datum diligit Deus.] Unde datur intelligi, quod qui invitatus dat propter presentem utilitatem, & rem, & meritum perdat. Item, cum redderet causas, quare sumptus abstineret, ait: e [De ex necessitate evangelizaveris, non eris mihi gloria.] ¶ Item [Si virtus evangelizaveris, dispensatio mihi credita est. Si autem volens hoc ago, mercedem habeo apud Deum.] Item cum Galatis d scriberet legalitatem esse tenendam, ait: [Si Spiritu ducimini, non estis sub lege.] Ex quo apparet eum, quo sub lege est, qui timore peccati, non amore iustitie servit, non duci Spiritu Sancto: Si autem Spiritu Sancto non ducatur, Deo placere minime valet. ¶ Item: [Non e accepisti Spiritum servitutis iterum in timore, sed accepisti Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater.] Ex quibus verbis datur intelligi, quod, & fructu Testamento timore peccati homines cogebantur ad bonum, tamen in novo Testamento sola libertate & dilectione iustitie sunt invitandi ad fidem. Unde illi dicuntur f servi, & filii ancilla, & peritiam ad iustitiam: isti dicuntur liberi & filii libera, pertinentes ad iustitiam. ¶ Item loannes in epistola: g [Timor non est in charitate: sed perfecta charitas servit iustitie timore.] Qui autem cogitur, timere illo ducitur, qui non est in charitate, qui manus comprimit, non animum movet: & que peccata timore non bonum deligitur. Porro sine dilectione non boni nullus Deo placere, vel in membris bonorum commoveri poterit. Vide, cum Prophetia h diceret: [Animalia tua habitabunt in ea.] scilicet hereditates essentis, quando ad ipsam habitacionem perveniant, subdit: [In dulcedine tua, quam tu preparasti propter Deum:] dulcedinem vocans, suavitatem boni operis, qua bonum fit non timore peccati, sed delectatione iustitie. Cum ergo sine hac dulcedine animalia in hereditate non habent, patet quod nemo, nisi invitetur, ad bonum cogitur solo timore. Quicunque enim ad bonum cogitur, solo timore, non amore ducitur: non ergo sunt mali cogendi ad bonum. ¶ Huius via respondetur. Si bonum, ad quod mali coguntur, semper invitati tolerant, & nunquam voluntarii servient, inutiliter cogentur ad illud. Sed quia humana natura est, & ea, que in consuetudinem ducuntur, abhorrent, & consueti magis custodiam diligere, flagella tribulationum mali sunt colubendi a malo, & provocandi ad bonum: ut dum timore

a Prov. 9. b 2. Cor. 9. c 1. Cor. 9. d Gal. 5. e Rom. 8. f Gal. 4. g 1. Ioan. 4. h Psal. 67.

pena malum in consuetudinem ducitur, abhorrent: tamen non ex consuetudine desistant. Unde Augustinus in Psal. 118. a [Non per timorem i gelatinos cantores se homo a peccatis se defendit: sed charitate, & succedit timor castus, de quo hic dicitur: punitur, ne pariter spem, ne distendat, ne in carcerem. Illud est, sed non perveniat in aeternum ut iust.]

i ¶ Cum per timorem] Locus hic patet in consuetudinem ordinari in eundem Psalmon: sunt carmen hic scripta. L. Augustinus, que non fuerit in glossa.

QVÆSTIO VII

Nunc autem queritur, an heretici sui & cogendi sint expoliandi: & qui possident hereticis aliena, an eorum possidere aliena.

C. I. ¶ Res terrena non nisi deo vel homini iure tenetur. De huius scribit Augustinus ad Vincentium, epist. 48.

Quicumque b vos ex occasione legis huius lapsum non dilectione corrigendi, sed inhumanitate persequitur, displicet nobis. Et quamvis res terrena recte ad quosdam possideri non possit, ante deo, quo cuncta iustorum sunt; vel pace hominum, quod in potestate est Regum terre, (idcirco facite vestras appellatis, quas nec iuste e possident, sed dum Regum terrenorum amittere iusti esse iustaque dicitis, nos eis congregandis laboramus scriptum legatis: [Labores impiorum:] iustis sunt. Sed tamen, quicquid ut occasione huius legis a Reges terra Christo servientes ad emendam civitatem vestram promulgaverunt, res proprias vestras pite appetit, displicet nobis. Quisquis autem ipsas pauperum, vel Basilicas congregaverit, que sub nomine ecclesie tenebatur (que omnino adhibentur, nisi et ecclesie, que vera est Christi ecclesia) non per iustitiam, sed per avaritiam tenentur nobis. Quisquis e pro aliquo flagitio vel fraude excepto errore, quo a nobis separantur, sine errore apud vos vixerunt, displicet nobis. Sed nec facilius monstratis: & si monstratis nonnullis volumus corrigere vel punire non possumus: neque peccatorem paleam relinquimus aream Domini: neque peccatores malos rumpimus retia Domini: neque peccatores in fine segregandos dereliquimus gregem Domini: que propter vasa facta in contumeliam, in gregem domo Domini.

¶ Labores impiorum] Huius sententia simul scribitur Prov. 13. In ore eorum] dicitur: vobis ut infra, eadem e, quemadmodum. Thesauri autem iustis dividitur impiorum. Vbi vulgata habet, celosus, eto substantia peccatoris. Itemque Esai. 60. In domo dicitur vobis] vobis dicitur, cum ante dicitur: vobis vobis] Sapientia 10. legitur, luto iusto spolia impiorum, infra, ead, quemadmodum.

¶ Huius legis] In codice Theodosiano, lib. 12. de leges Honorii & Theodosii 43. 32. & 34. in quibus prescripta sunt, premissa, & loca, que ad conventum de huiusmodi sententia hereticorum avaritiam per vim, aut ab ecclesia vel a iustis vel esse fieri debere. Et ad has leges videtur huiusmodi distinctio, que iure & contra licetam Petiti, (in quibus sequenti capite) & alia.

a Ad vers. uxor tua. b 1. Ioan. 4. cap. 17. Propter illud c alii. iusti. d alii. edent. e 24. q. 1. quibus. f alii. iustorum. g arg.



¶ **¶** Vobis] Sic emendatum ex vetustis codicibus, & origi-  
 nali, cum in vulgatis, & hie, & infra 2. a. q. 1. quisquis, legentur,  
 nobis. Verum, dejectionem, non est mutata ad gloriam. Nam  
 in vulgatis, & infra cap. citato, & apud Iovinem, & in Originali  
 est projectum.

**C. II.** ¶ **¶** Catholicis non ideo aliena possident, quia  
 ab hæreticis ablata te-  
 nent.

Item contra hæreses Pauliana, lib. 1. cap. 47.  
 Si de rebus, vel locis ecclesiasticis, quæ tenebatis, &  
 Dominæ, querimini, possunt & ludri se justos di-  
 ce. Minus tamen nobis obijcere: quia locum, in quo  
 impiepeperant, modo Christiani possident. Quid  
 ergo indignum, si ea, quæ tenebant hæretici, secundum  
 preceptum Domini voluntatem catholici tenent? Ad om-  
 nes enim similes, id est, ad omnes impios & iniquos  
 illa verbum valet. & [Auferetur à vobis regnum]  
 Dei, & dabitur genti facienti iustitiam. An frustra  
 scriptum est: [Labores impiorum iusti edent?] Qua-  
 propter magis mirari debetis, quod adhuc tenetis ali-  
 quod, quam quod aliquid amissistis. Item cap. 99. Si qua  
 iam præcili possidere coepistis, quia vobis ablata nobis  
 Dominus dedit, non ideo concupiscimus aliena: quia  
 illius imperio, cuius sunt omnia, facta sunt nostra, & ju-  
 ste nostra sunt. Vos enim his utebamini ad præfio-  
 nem, nos ad unitatem. Alioquin & primo populo Dei  
 possent illi obijcere, alienæ rei concupiscimus, qui di-  
 vina possidebat eorum facie, quia ea terra male uteban-  
 tar, expulsi sunt, & ipsi ludri, à quibus ablatus est  
 regnum secundum d. verba Domini, & datum est genti  
 facienti iustitiam, possent obijcere alienæ rei concupi-  
 scimus: quia ecclesia Christi possidet, ubi persecu-  
 tores Christi regnabant.

**C. III.** ¶ **¶** Rei ecclesiasticæ ab hæreticis iniuste  
 possidentur.

Idem post. ad Bonifacium.  
 ¶ **¶** Sed si autem nobis obijciunt, quod res eorum con-  
 cupiscimus & auferamus, utinam catholici fiant,  
 & non debent quæ dicunt sua, sed etiam nostra in pace  
 nobiscum & charitate possideant. Vique adeo autem  
 calumniandi cupiditate cecantur, ut non attendant,  
 quam sint inter se contraria, quæ loquuntur. Ipsi certe  
 zelum, & invidiosissimi conqueri videntur, quod eos in  
 nostrum communionem violento legum imperio coar-  
 ctamus. Hoc utique nullo modo faceremus, si res eorum  
 possidere velimus. Quis avarus quærit possessorem?  
 Quis dominandi cupiditate inflammatus, vel fastu do-  
 minationis elatus, desiderat habere consortem? Ipsos  
 certe attendant quædam suos, jam nostros locios, &  
 fructu nobis dilectione conjunctos; quemadmodum  
 ea, quæ tenent, non solum, quæ habebant, sed etiam no-  
 stræ, quæ non habebant. Quæ tamen, si pauperum com-  
 plices sumus, & nostra sunt, & illorum. Si b autem  
 præcili, quæ nobis sufficiant possidemus, non sunt il-  
 la nostra, sed pauperum quorum procuratorem quo-  
 dammodo gerimus, non proprietatem nobis usurpario-  
 ne damnabili vindicamus. Quidquid ergo nomine ec-  
 clesiarum patris Donati possidebatur, Christiani im-  
 petatores legibus religiosi cum ipsis ecclesiis ad catho-  
 licam transire iusserunt. Cum ergo nobiscum sint ple-  
 bes eorumdem ecclesiarum, nobiscum pauperes, qui de  
 ecclesiam possidentibus alebantur, ipsi potius foris positi  
 delectantur concupiscere aliena, sed intrent in unitatis  
 societatem, ut pariter gubernemus non illa tantum, quæ

a. Reg. 2. c. 71. b. Meth. 21. sup. c. proximo. c. consi-  
 d. Epistolæ. e. al. lo. præfati. f. Ezech. lib. 7. tit. 5. Anst. l. 2.  
 cap. 9. g. al. fin. h. sup. 2. quæst. 1. si privatim. i. al. parte  
 Donat. possessione.

dicunt sua, verum etiam quæ dicuntur & nostra. Scrip-  
 tum a est enim: [Omnia vestra: vos autem Christi,  
 Christus autem Dei.]

**C. IV.** ¶ **¶** Qui à corpore Christi præciditur, spiri-  
 tum iustitie tenere non po-  
 test.

Idem in eadem epistola.

¶ **¶** Quemadmodum membrum, si præcidatur ab homi-  
 nis vivi corpore, non potest tenere spiritum vitæ,  
 modo potest tenere spiritum iustitie, etiam si figuram  
 membri teneat, sicut sumptus in corpore. In b huius  
 ergo compagem corporis veniant, & labores suos non  
 dominandi cupiditate, sed bene utendi pietate possideant.  
 Nos autem voluntatem nostram, ut jam dictum est,  
 ab huius cupiditatis fordibus, quolibet inimico judi-  
 cante, purgamus: quando eos ipsos, quorum labores  
 dicuntur, ut nobiscum & illis, & nostris in societate catho-  
 lica utantur, quantum valeamus, inquirimus. ¶ Sed  
 hoc est, inquit, quod nos movet: si iniusti sumus, quæ-  
 rit nos quæritis? Quibus respondemus, quæritis vos  
 iniustos, ne permanetis iniusti: quæritis perditos, ut  
 de inventis gaudere possimus, dicentes, Mortuus erat  
 frater, & revixit, perierat, & inventus est. Quare ergo,  
 me, inquit, & non baptizas, ut me abluas à peccatis? Re-  
 spondeo, quia non facio injuriam characteri Imperatoris,  
 cum errorem corrigo desertoris. Quare, inquit, apud  
 te vel poenitentiam non ago? Imò, nisi egeris, fal-  
 sus esse non poteris. Quomodo enim gaudebis te esse  
 correctum, nisi doleres te fuisse perversum? Quid ergo,  
 inquit, apud vos, cum ad vos transimus, accipimus? Re-  
 spondeo, non quidem accipitis baptismum, qui vobis  
 extra compagem corporis Christi inesse potuit, prodesse  
 non potuit: sed accipitis d unitatem spiritus in vinculo  
 pacis (sine qua nemo poterit videre Deum) & chari-  
 tatem, quæ sicut scriptum est, cooperit multitudinem  
 peccatorum, & supra. ¶ Si autem consideremus, quod  
 scriptum est in libro Sapientie f [Ideo iusti tulerunt  
 spolia impiorum.] Item, quod legitur in proverbii: g  
 [Theaurizantur autem iusti divitiis impiorum,] tunc  
 videbimus non esse querendum, qui habent res hæreti-  
 corum, sed qui sint in societate iustorum. Item post aliqua.  
 ¶ Si corpus Christi tollit spolia impiorum, & corpori  
 Christi theaurizantur divitiis impiorum, non debent  
 impii foris remanere, ut calumnientur, sed intrare po-  
 tius, ut iustificentur. Item post aliqua. ¶ In b Christi ergo  
 compagem corporis veniant, & labores suos non domi-  
 nandi cupiditate, sed bene utendi pietate possideant. Nos  
 autem voluntatem nostram, ut jam dictum est, ab huius  
 cupiditatis fordibus, quolibet inimico judicante, purga-  
 mus: quando eos ipsos quorum labores dicuntur, ut no-  
 biscum, & illis, & nostris in societate catholica utantur,  
 quantum valeamus, inquirimus.

¶ **¶** Antea citabatur ex epistola ad Vincentium, in qua non  
 habetur.  
 ¶ **¶** Hoc igitur auctoritatibus liquido monstratur, quod ea, quæ ab hæ-  
 reticis male possidentur, à catholicis iuste auferuntur, nec ideo aliena  
 possidere desuntur.

QUESTIO VIII

¶ **¶** Episcopi verbis, vel quibuslibet clericis, quod nec sua au-  
 thoritate, nec auctoritate Romani Pontificis arma arripere  
 valent, facile probatur. Cum enim Petrus, qui primus  
 Apostolorum à Domino fuerat electus, materiam gladii accepisset,  
 ut magistram à Iudæorum injuria defenderet, ait: i [Convertite  
 gladium tuum in vagina: omnis enim qui gladium accepit, gladio

a. 1. Cor. 3. b. infra hoc eodem c. in fin. c. Luc. 12. d. Eph. 4.  
 e. Luc. 12. f. Sap. 10. g. Prov. 12. secundum 70. h. sup. hoc eod.  
 c. non longe ab initio. i. Matth. 26.

